



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

XX. Ad Matthaeum VVaccerrum Constant. Iurecos.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

N. REVSNERI

*Multa cauet sapiens, quæ fata minantur, & astra  
Fortunæ faber est quisque, PHILIPPE, sua*

XVIII.

Ad Ioan. Gothardum Stre-  
nium, Baronem Schuarzenauium, &  
Hirsbachium.

*Qui rectè sapit, & rectè valet: optima vitæ  
Munera, diuina sorte beatus, habet.  
Vt rectè sapias, diuina oracula disce:  
Vt rectè valeas, numina posce Dei.  
Corporis & medicos, animique libenter honore  
Sic mens in sano corpore sana manet.*

XIX.

Ad Paulum Melissum Sche-  
dium EQ. & Com. Pal.

*Si bona res data sorte sit, & bona, PAVLE, tuæ*

*Quid magis optari per tua vota potest?  
Quin etiam mala si res sit: bona sæpe voluntas  
Temperat: atque malum sic facit esse bonum.  
In re namque mala bona mens magis adiunat: atque  
Aerumna bona sic fit medicina mala.*

XX.

Ad Matthæum VVaccerum  
Constant. Iurecos.



INSOMNIE.

*Qui miser esse potest: non se modò fortiter ille  
Vincit: sed fatum sic quoque vincit homo.*

XXI.

Ad Martinum Crusium.

*Qui fati metuit necessitatem:*

*Ac semper timet hoc, quod est futurum:*

*CRVSI, bis miser est. meticulosus*

*Cogit se, quòd abest, pati: molestum*

*Passurus simul hoc, quod est futurum.*

XXII.

Ad Petrum Monauium

Medic. Cæsareum.

SUSTINE, ET ABSTINE.

*Qui suus est, sua non vult esse aliena. sed his dum*

*Abstinet: omne quod est, sustinet ipse, suum.*

XXIII.

Ad Martinum Rulandum

Medicum.

*Intus cura, foris dum me vis dira fatigat*

*Morbi: quid potiùs, quàm miser esse velim?*

*Quàm patior, me certa beat summa antè malorù:*

*Sic mihi, quod patior, non solet esse nouum.*

*Fortior est, expersque metus, incommoda vitæ*

*Pectore si quis habet præmeditata suo.*

Ad